molestissime fert injuriam tuam, indoletq. quod medicorum fenam mitigare nequeat. Curabit tamen, quantum potē, ut reditum tuum maturet. Et ego omni ope nitar. ut quàm brevissimè ab indignissimo Exilio revoceris; nec requiescam à laboribus donec te restitutum certo intelligam. Heidelbergæ MDC LXVII.

Joh. Ludov.º Fabritio Theol. Doctori et Prof: 380.

D. Dn̄s W. adhuc venerationem intendit exhibitu, à conspectu et vultu suo arcet. Illi aulicorq. à tamen quem salem habent, quem in Thrasone suo laudat gnatho Terentianus, solent ante vestibulū ædium convenire, et preces aut stan... via sua transmittere per ministros. Commeant illi ultrò citròq, et responsa velut internuncii deorum ferunt; putares novam Velledam in edito habitare conclavi et oracula formare. Cæterum quod tu relaxandi gratia Dinacū abeas, non quidem invideo; doleo tantum, quod solus vinū hornū bibam absq. acidulis. Precor interea, ut bonis avibus bibas et salvus redeas. Vale MDCLXVII.

Joh: Henrico Rhonio Patricio Tigurino 381.

Tiguru.

Non potui celerius, Dulcissime Rhoni, tuis elegantissimis literis respondere; nam et itinere distractus, et valetudine minus integra impeditus fui. Ut redii ex Franconia, quo cum Serenss.º Principe discesseram appuli me ad epistolam scribendam; sed nequissimus Catharrus primū fauces insidens, deinde in stomachū delapsus manū destituit et oēs cogitationes confudit. Interea tamen, quô animo, quanto desiderio te coluerim vix jam expressero; tanti enim tuus apud me amor ē, ut vitam mihi suavissimam putem, si recordatiōe jucundissimæ tuæ conversatiōis afficias. Dissertationem tuam